Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Sodalibus Partheniis Antuerpiensibus 8. P. Typographus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Visual Library

SODALIBUS
PARTHENIIS
Antuerpienſibus S. P.

Typographus.

FAſtos Marianos *noviſſimè*, *Vobis SODALIBUS*, *præſentamus. Nomen vobis quadret. Tollite: legite. Stylus optimus. Auctoris probat ingenium, uti & veſtrum, ſi imitemini.* Eſtote imitatores, *dicit Apoſtolus.* Tempus breve eſt. *Ne nimis ſerò, ut Phryges. IESUM quæritis? Cælum favet, ite ſtellâ duce. Non unam, ſed plures reperietis. Lactea via hæc eſt, quæ tendit ad patriam, ubi Chriſtus cùm Matre regnat.* Permanentem, *enim*, civitatem hic non ha-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

betis. *Imperium, Regnum appetitis? Qui, & quale? Imperatores, Reges docebunt. Mauultis prælia? Plura continet. Arma capeſſite.* Legitimè *certate. Hoſtes inſtant: at diverſimodè hos vincere poteritis. Fuga etiam ſæpè cauſa victoriæ. Paleſtram amatis? En præmia!* Sic currite, ut comprehendatis. *Honores expiſcamini? Superi non invidebunt. Rei eſtis? Ecce, advocati. Suffragia expoſcitis? Tot habetis, quot Sancti unoquoque die coluntur, quos, vobis* SODALIBUS, *auxiliares, & ut veros patronos apprecamur. Valete.*

Ad veſtrum obſequium

HENRICUS AERTSSENS.

IOAN-